Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26281
Copyright: Admont, Benediktinerstift

156

et certe toto patrimonio destitutus. Expediebat mihi
magis me mori penitus quam vivere penitus. Propter hoc defecit
in dolore vita mea et anni mei in gemitibus.
Condolet mihi ecclesia et dolet et ipsa. Commune
dampnum, communis desolatio est. Mecum omnis reli
gio plorat, patriam patris implorat consolati
onem. Si tamen ~~noti~~ adierint vos, sentiat in se. notari
quoniam exaudivit dominus vocem fletus mei. Nepotes ipsius
actores fuerunt sceleris. Ipse causa. Utrum et
dictator, in questione est. Hi ad tendatis ad dubia
eius donec veniat qui mittendus est; quod plenius
insinuans veritatem, cautum faciat a labiis
iniquis et a lingua dolosa.

SANITAS capitis redundet in membra.
Unguentum quod descendit in barba de capite.
extrema quoque fimbria vestimenti partici
pet. Si percusso pastore diffugiant oves, va
lente et incolomi revertentur ad pastum. Quod di
cimus hoc est. De gloriae vestrae crebris successibus, eber
nunc letificat civitatem dei. Iustum pendet est
vestra prosperatio ecclesiae roboratio sit. Et cum exal
tat deus electum de plebe sua, ipsa quoque se sen
tiat exaltari, ac de roboris incremento forti
orem agnoscat. Nam si compassa est et congaudere